

Metræus Poggendorfii del
Nicolaus Maniacchini.
(Cod. Montecassiniensis 64.)
Ed. 99 XXVIII p. 529. 530

11

Si vis pontifices Romane noscere sedis,
Carminibus nostris perlectis scire valebis.
Primo papatus Petrus est in sede locatus,
Qui consederunt Linus Cletusque fuerunt.
His Clemens innotuit simili fuit ordine functus.
Disputat hinc mundus, sit quartus sit ne secundus.
Hinc Anacletus presedit et hinc Everistus.
Hinc Alexandro successit in ordine Sixtus.
Hos iuxta positus Telephorus est et Yginus.
Additur Cnecitus seu presul nomine Pius.
Lotter et Euluther, quibus est Victor quoque mixtus,
Quos Zepherinus habet comites martyrque Calistus.
Urbanus turbae Christi prelatus in urbe
Post hos papatus successit in arce locatus
Hinc Pontianus, hinc Antheros, hinc Fabianus
Cornelius, Lucius, Stephanus Sixtusque secundus.
Hos rutilas iuxta Fionisi sede venusta
Felix Romanus, cui iungitur Euticianus.
His comites Gaius seu Marcellinus habentur
Marcellus necnon Eusebius enumerentur